

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco**

**Schoppe, Caspar**

**Perizonius, Jacobus**

**Franequera, 1687**

Responsio ad quaedam objecta

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

Responsio ad quædam Objecta. 633

bus facillè intelligetur, nullam posse esse vo-  
cem, quæ ex impostoris mente contrarium  
possit significare.

## RESPONSIO

### ad quædam Objecta.

**S**cripsi in quadam epistola; *justa solemnitas*  
*facere*: reprehendor in orthographia, &  
in significatione; \* nam *sollemne*, in-  
quiunt, est, quod quotannis fieri solet.  
Orthographia vera est: dicitur enim  
R r s sol-

\* Nam *Sollemne* inquit *Græc.*] Crediderim quidem cum  
Sanctio veram esse Orthographiam, qua usus est; sed  
posteriores tamen Veterum dixisse censeam *Sollemnis* po-  
tius quam *Sollemnis*; Plane sicuti maluerunt tandem *Por-  
tunus* pro *Portunus*, *Fortuna* pro *Fortuna*. Porro credido-  
rim proinde etiam, primitus quidem id vocabulum, utpote  
solummodo derivatum & deductum à *Sollus* h. e. totus,  
integer, non tam significasse *præcipuum*, *singulare* & *exi-  
mum*, ut mox Sanctius explicat, quam *Perpetuum*, *Con-  
tinuum*: sed tamen deinceps adhibitum revera in signi-  
ficatione ejus, quod *omnibus annis fieret*, & quod sic usum  
continuo perseveraret. Sic utique Festus in *Sollo*: *sollen-  
ne*, quod omnibus annis præstari debet, Festus autem sua  
hausit ex Verrio Flacco, qui vixit temporibus Augusti.  
Nullum igitur potest esse dubium, quin Verrinus eo sen-  
su, ut & pro eo, quod *usitatum sit*, illud vocabulum  
adhibuerit, & haud dubie plures illo tempore. Ne dubi-  
tes, sic Livius l. 7. *Tradito servis publicis sollemni familia*  
*ministerio*, Cap. 31. *Mansit certe sollemne*, ut quancun-  
que nunciaretur idem prodigium, *feria* agerentur. XXXVIII,  
48. In ea civitate, qua in sollemnibus verbis habet, quum  
*eviumphum* decernit: *Quod bene ac feliciter Remp. admini-  
stravit*. *Sollemnia* hæc Verba quid aliud quæso sunt, quam  
usitata, & longè usum continuata. Pomp. de Or. juris.  
§. 6. *Ex his legibus Actiones compositæ sunt, quas ne populus,*  
*prout vellet, institueret, certas sollemnesque esse voluerunt*, In-  
te.

634 *Responsio ad quaedam Objecta.*

*sollemnis*, à *sollo*, voce *Osca*, id est, totum, teste *Festo*: *ennis* autem est productio vocabuli, ut in *legitimus*, *aditimus*. *Aldus* in *Orthographia* sic ait; *Sollemne*, non *sollemne*, habent antiquissimi libri, & *lapides*. *Analogia*, *Sollemne* videtur probare, si modo à *Solo* anno deducitur, us quibusdam placet. In hoc tamen plus antiquitati demus, quam analogiæ. Vide *Festum* in *Sollo*, & *Osce*. Hæc *Aldus*. *Sollemne* autem nec derivari ab anno, nec significare, quod solet quotannis fieri, hæc testimonia demonstrabunt.

„ [ *Livius* lib. I. *Ludicrum fuit, equi, pugilesque*  
 „ *ex Hetruria acciti; solemnes deinde annui mansere ludi* :  
 „ & lib. 5. *Ut matronarum, sicut virorum, post*  
 „ *mortem solemnis laudatio esset* ; & lib. 7. *A con-*  
 „ *sulibus ad dictatores solemne clavi figendi translatum*

est :  
 terim præcipue, quicquid singulis annis fiebat, appellabatur *Sollemne*. Hinc passim *sollemnes dies*, *ludi sacra*. Jam vero quoniam illi anniversarii dies erant quasi præcipui dies totius anni, & quoniam illis diebus solebant nonnulla præcipue festo modo agere, hinc tandem factum, ut aliquando simpliciter de talibus rebus *Sollemnis* adhibeatur pro præcipuo, & maxime festo. Sic *Suet.* Tib. 34. *Sollemnibus canis prædiana obsonia apposuit*. h. e. talibus canis, quales solebant exhibere diebus maxime festis. *Vitell.* 11. *Inferias Neroni dedit, & sollemni convivio citharædam placentem psalam admonuit*. h. e. maxime frequenti, & festivo. Scilicet eodem modo se res habet in hoc vocabulo, quo in *Aedivimus* ac *Aedivum*. *Aedivum* dicebatur eadem forma, qua *Finitivum* & *hæc* hoc notat rem sive hominem, qui est in finibus nostris. Sic illud, hominem, qui habitat in æde sacra. Sed cum tandem facilius pronuntiationis gratia diceretur *Aedivum*, crediderant ipsi Veteres insigni errore, dici id, quasi *Aedis sacre Tutorem*, ut exponit *Festus*. Vide & *Varron.* lib. IV. de *Ling. Lat.* Eodem itaque modo verum haud dubie & genuinum fuit *Sollemnis*, sed per *epitaves* deinde dictum *sollemnis*, idque acceptum, tanquam si esset compositum ex *sollus* & *Annus*, & significasset primitus tale quid, quod omnibus annis recurret.

## Responsio ad quædam Objecta. 635

est: intermisso deinde more, digna etiam per se visa  
est res, propter quam Dictator crearetur. In  
solemne, ergo subauditur Institutum, vel Opus ]  
Horatius lib. 1. epist. 18. Romanis sollempne viris  
opus, utile fama: idem lib. 2. epist. 1. Roma  
dulce diu fuit, & sollempne, reclusa Mane domo vigi-  
lare, clienti promere jura: idem lib. 1. epist. 1.  
Insanire putas sollempnia me, neque rides? Plin. lib.  
28. cap. 9. Certè nova nuptia intrantes, etiam  
solempne habent, postes eo attingere. Virgil. lib. 12.  
Imperium sollempne facer, mihi mania Teucri Constitu-  
tuent. Cic. ad Attic. lib. 7. Tantum igitur nostrum  
illud sollempne seruemus, ut ne quem islorum eantem si-  
ne literis dimittamus. Tacit. lib. 12. Et funeris  
solempne, perinde ac D. Augusto celebratur: idem  
lib. 3. dixit; Funerum sollempnia: & lib. 11.  
Nuptiarum sollempnia. Solempne igitur semper  
significat aliquid præcipuum, integrum,  
singulare, & eximium. Sic Horat. lib. 4.  
Oda. 11. Qui dies iure sollempnis mihi, sanctiorque  
pene natali proprio. Et Virgil. lib. 5. Annua  
vota tamen, sollempnesque ordine pompas, id est,  
præcellentes. Qui locus decepit Gramma-  
ticos, propter annua vota: qui sapiunt, scri-  
bunt sollempnis, sollicito, sollertia, sollers, id est,  
totus ars.

Sumtus, emtus, contemsi, contemtum, scribo  
sine p. quia verbi characteristica litera perire  
non debet, & à Barbaro sæculo dimanavit,  
emptum, comptum. Barbari scribebant *hyemps*,  
*danpuatus*, *sompniare*, *prompsi*. Marius Victo-  
rinus in libro de Orthographia sic ait; Nam  
*biems*, & *sumsi*, & *insumfit*, & *demsi*, sine dubio  
per m, l, scribetis. Et quando in harum vocum  
mentionem incidimus, nec *consumptum*, nec *emptum*,  
nec *temptat*, & similia istis per p, t, scribetis ex-  
tiosè,

636 *Responsio ad quædam Objecta.*

tiosè, sed ut ego scripsi, juxta, m, t, ponetis. Sed de hoc latissimè Lambinus in prologo in Horatium.

Archaismon objiciunt, quum dixi; *Si pote est. Nomen potus; & pote, non differt à fortis, & forte, nisi quod etiam in neutrali genere aliquando potis, reperitur. Lucret. lib. 1. Conjunctum est id, quod nunquam sine perniciali Dissidio potis est se jungi, seque gregari: idem lib. 5. Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur: loquitur de corpore. Catul. Quantum qui pote plurimum perire. De voce, Potis, in masculino, & foemin. multa sunt testimonia. Virgil. 3. Æneid. Nec potis Ionios fluctus equare sequendo: idem Æneid. 11. At non Evandriam potis est vis ulla tenere. Sed hoc nemo opinor negabit. De pote, videamus an sit Archaismos. Cicero de claris orat. Hospes non pote minoris: idem Attic. lib. 12. epist. 39. Ego quid homines aut reprehendant, aut postulent, nescio: ne doleam? qui pote est? ne taceam? quis unquam minus? ibid. lib. 13. epist. 37. Hoc quidquam pote est impurius? Pers. Satyr. 1. Qui pote? vis dicam? Propert. lib. 2. eleg. 1. Qua pote, quisque in ea conterat arte diem. Catull. Una salus hæc est, hoc est tibi pervincendum. Hoc facies, sive id non pote, sive pote: idem; Aut si perditus pote est quid esse. Terent. Adelph. act. 2. sc. 3. Nihil pote supra. Plaur. Caf. sc. Omnib. Non pot' est impetrari: idem, Mostell. scen. Jam pridem; Vah, quid illa pote pejus quidquam muliere memorarier? idem, Menech. scen. Ut atas; Ibo, atque arcessam medicum jam quantum pot' est: idem, Persa sc. 1. Quin si egomet totus veneam, vix recipi pote sit, quod tu me rogas. Priscianus lib. 15. Hic & hæc potis, & hoc pote; unde potior, potissimus.*

Ce.

*Responsio ad quædam Objecta. 637*

*Celebrare regis uxorem*, reprehendere conantur, quod sit accusativus personæ. At Cicero pro Muræna, à nobis stat, quum scribit; *Nuncii, literæque celebrant eum, factum consulem*: idem pro Arch. ingenio alicujus Poëtæ aliquem celebrari. Ovid. 2. Art. in fine; *Me vatem celebrare viri, mihi dicite laudes*: & lib. 1. Amorum; *Carminibus aliquem celebrare dixit. Celebratus, & Celebrandus passim invenies.*

Ut Poëtis aliquem prælucere facem, scripsi, nescio quid hic possint reprehendere, nisi summam elegantiam. *Lucere vel prælucere facem, cereum, candelam alicui, selectum loquendi genus est*; aut *lucere, vel prælucere cum dativo, suppressio accusativo, ut illud; Ego meis majoribus virtute mea præluxi, supple facem, vel cereum.* Suetonius, August. cap. 29. *Servumque prælucentem exanimasset.* Plautus, Cascen. Non mihi; *Primum omnium huic lucebis nova nuptiæ facem*: idem, Curcul. sc. 1. *Tute tibi puer es lautus, lucet cereum.* Aurelius Victor de viris illust. *Dujlio concessum est, ut prælucente funali, & præcinente tibicine, à cæna publicè rediret.*

\* *Threnos deflere dixi, Græcos imitatus, qui passim verbis cognatos accusativos adjungunt*; ut, *servitutum servire, certamen certare, ludium ludere*: sic, *Deusiv Deusus, id est, deflere lugubria.* Sic Cicero dixit, *Casus deflere. Funera flere,* Ovidius: & *Fortuna tua stenda est.* Itaque fleo, (ut

\* *Threnos deflere*] Phrasis hæc recte exponi potest. Eodem scilicet modo, quo supra pag. 222. 223. exposuimus *Aestivare annum, saltare Cyclops, Vivere Bacchanlius.* Ceterum de Verbis tam Activis tam Neutris etiam abunde in superioribus egimus, & liquido, ni fallor, Neutra asseruimus.

638 *Responsio ad quædam Objecta.*

(ut & reliqua omnia verba, passivis exceptis, & substantivo) activum est.

*Debito ephathlo non fraudabitur*, scripsi. Si Epathlon, inquit, vox Græca est, quur Græcis characteribus non signatur? deinde quur in sexto casu, quo Græci carent, collocatur? Respondeo: sive Græcis, sive Latinis literis scribatur, Græcum esse nomen, & aptissime in sexto casu, cum suo adjectivo collocari. \*Græcos autem sexto casu non carere, jam probavimus.

*Prorsam orationem*, non profam, scribo. *Prors limits*, inquit Festus, *appellantur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt*: idem; *Prorsum ponebant pro recto*. Donatus in Terent. † *Prorsa*, inquit, *oratio, quam non inflexit cantilena*. Scio antiquissimos dixisse, *prorsam*, non *prorsam*; quia concursum r, cum s, fugiebant; unde dicebant, *rursam*, pro *rursum*, *susam*, pro *sursam*, *asiam*, pro *arsum*, *prorsum*, pro *prorsum*; & vestem quandam vocabant, *prorsam*, pro longa. De *Prorsa Dea*, Agellius libro 16. cap. 16.

Lib. 2. In ea re aliquem excellere, qua in re. Sunt innumera testimonia, quibus hoc politum dicendi genus confirmavimus.

cap. 9. *Elegantissimum aureum annulum.* Valla lib. 3. cap.

\* *Græcos autem sexto* &c. ] At Tu vide, quæ contra hanc sententiam disputavimus supra pag. 26 27. 28. Interim Græca vocabula Latine scripta, Latine etiam declinantur per casus, recte, & veterum exemplo: sicuti ex quamplurimis Auctorum locis patet, in quibus nomina propria Græcorum per casus Latinorum exprimuntur. † *Prorsa oratio*] Immo dicitur *prorsa oratio*: quasi porro usque ad marginem semper versa: & idcirco opponitur Metro, cujus Versus ante desinebant plerumque, quam ad marginem pervenirent. Vide Casaub. ad Lamprid. Alex. cap. 59.

Responsio ad quædam Objecta. 639

cap. 4. duo adjectiva uni substantivo addi posse negat: sed longè fallitur, ut alibi probavimus.

Lib. 2<sup>e</sup>  
cap. 8.

Sonetta, quæ dixerim, & duplici ut, scripserim, reprehendor: nam novæ voces, ajunt, præfatiuncula molliendæ sunt; ut ita dicam, ut ita liceat loqui. Nonne ridiculus esset, qui sic loqueretur? Confero me Madritum, ut ita loquar: Venio Burgis, ut ita dicam. Aliud igitur est nova nomina invenire, aliud, inventis uti, etiamsi apud Latinos non inveniantur. Quæ duo ut? quia sic scribunt Toscani nomina deminuta.

*Aliena pœmata nemo pro suis usurpato.* Usurpare, inquiunt, est in frequenti usu habere: Et quid necesse fuit addere, pro suis? Nonne & Usurpare capitur, pro capere? atqui id frequentissimum est. In illo Ciceronis libro 9. epist. 16. *Usurpata duplex cubile*: Canterus legit; *Usurpat à*; vel, *usurpat ab duplex cubile*; quod verum credo. Et quod est apud Gellium lib. 3. cap. 2. *de usurpatione*, id est, usurpationis interruptione, non probat Charondas ad leges XII. tabularum. Cic. 7. Verr. \* *usurpare, ac retinere*: idem pro Marcello;

Cræ-

\* *Usurpare ac retinere*] Sic Gell. VI. 3. *Retentam a Scipione & in deliciis atque moribus usurpata.* Tac. Ann. XI. 16. *Modo comertam & temperantiam, modo violentiam usurpans.* Plaut. Bacchid. I. 2. 41. *O barathram, ut ego te usurpem ludens.* Cic. de Amic. c. 2. *Nec tamen ab isto officio, quod semper usurpavam, abduci contendo me debui.* Denique pene profus, ut Sanctius *aliena pœmata pro suis usurpare*, sic Phædr. fab. 73. *Sicula illas gloria vana fuit. Et usurpare vestri ornamenta miseris: P. res dum non sunt vestros foreis iudicis.* Tac. Ann. III. 60. *Quædam civitates quod falso usurpaverant, sponte misere.* Atque hæc tandem Animadversionibus nostris finem faciemus, sequentem dissertationem

ce-

640 *Responsio ad quædam Objecta.*

*Crebris sermonibus usurpare*, dixit: & quur addidit, *crebris*, si usurpo, frequentativum esset? Ego addidi, *Pro suis*, more Terentiano, in Andr. *Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.*

*Nemo uno plus præmium expectato.* Dicendum erat, inquit, *uno plus præmio*; quia *Plus* substantivum, non adjectivum est. Ego contra sentio: nam *plus*, in neutrali terminatione, semper adjectivum est; ut, *vitrix* in foemina, *alma* etiam in foemina: quur enim dicas, *vittricem legionem*, aliud esse, quàm *vittrices legiones*? Itaque quum dicas, *pluris emi*, deest,

relicturi intactam Auctori suo, & Lectorum arbitrio. Id solummodo addemus, Modum, qui in omnibus rebus optimus est, in ea quoque Auctoris nostri sententia servandum, & cavendam, ne dum nimis morosi sumus in exigenda Latinitate, sterilem in ea reddamus & styli nostri & Linguae sermonem. Non ita temere repudiaverim Ego, quod Analogia syntaxeos & significationis admittit, licet ejus exempla non ita sint in promptu; cum multa haud dubie olim, etiam Ciceronis & Augusti tempore, Latine dicta sint, quorum tamen exempla & documenta in iis, qui supersunt nobis ex illa ætate, Auctoribus desideramus: & sæpissime eveniat, ut desiderari patentur, quæ tamen in iis occurrunt, sicuti adversus Sciopium à Viris Doctis sæpe est probatum. Porro neque usum Linguae Latinae adeo arctaverim, ut prorsus eam quotidiano sermone exclusam velim. Si nolimus in Academicis adhiberi ad docendum, vix possent utique illæ, nisi unius gentis hominum studiis inservire, quod alienum prorsus foret ab earum instituto & publico bono. Sæpe igitur omnino loquendum est lingua Latina, quæ communis est omnium eruditorum lingua, & proinde quasi vinculum quoddam commercii omnibus inter se nationibus exhibet. Sæpe autem loquendum est etiam ex tempore & subitò. Sed tamen illa extemporales facultas sermonis Latini non comparanda est quotidiana atque incondita loquela & barbaro garritu, sed assidua prius lectione, & dein adjunctis styli exercitiis, qui unicus est & verus dicendi Magister.

*Respon*  
deest, plur  
agamus, V  
capam. Vob  
in Academic  
idem libo de  
idem 1. Nat.  
est, ut plus  
Artic. lib. 1.  
emam: idem  
verum esse non po  
Uu plus Extraj  
quam inquit  
Cantulus in p  
omni scilicet.

am Objecta.

*Responsio ad quædam Objecta. 64. I*

deest, pluris æris pretio emi. Sed exemplis  
agamus. Sallustius Jugurth. *Neque pluris pretii  
coquam.* Vide Varron. Cicer. 2. Orator, &  
in Academic. *Quum plus uno verum esse non possit:*  
idem lib. de Legibus; *Hoc plus ne ragum facitis:*  
idem 1. Nat. Deorum; *Alterum certè non po-  
test, ut plus una vera sit, subaudi opinio:* idem  
Attic. lib. 1. *Ut hoc nostrum desiderium ne plus sit  
annuum:* idem in Topic. *In disjunctione plus uno  
verum esse non potest.* Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8.  
*Uno plus Etrusci cadent: quod sumit à Livio,  
quum inquit; Uno plus Etruscorum cecidisse in acie.*  
Catullus in primo epigram. *Plus uno maneat pe-  
ramme seculo,*

S f

LE

Lectione obicit  
qui in univ  
ori nobis bene  
cicis mori  
ca redam  
in ita vete  
cos & signifi  
a sit in prop  
Ciceron  
tamen  
obit et  
oc erant  
curram  
t probam  
archa  
velim  
vix  
tatis  
infirmit  
tam est  
coram  
meriti  
hoper  
ita  
vix  
vix  
vix